MEDIZINISCH-NATURWISSENSCHAFTLICHE SAMMELHANDSCHRIFT. FEUERWERKBUCH
Salzburg, 1470-1471 Seite 250r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8261
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



siue quartanas herbam nepitam in puluerem redactam sub accessione dabis in aqua calida da bibere liberabit. Ad morsum draconis herbe nepite montane cum vino trite succo expresso cum vino potui dato, et eius folia contrita si plage vtiliter imponantur, statim liberabit.

Herba peucidanum

Peucidanum i. sathanaria a grecis dicitur peucidanum alij sinconagrion alij agnofilon vocant prophete agathos demon. Itali dicunt pinnastellum. Galli sathanariam vocant. Ad serpentes effugandos herbam peucidanum incendis, arcet enim serpentes suo odore, Peucidanum cum betonica et adipe ceruino aut medulla aceto mixto morsui imposita medetur. Ad freneticos herba peucidanum cum aceto bene contrita infusa capite uel linita freneticos liberat. Nomen herbe Enula

Ennula campana campana. Alij vocant centauriam paxelion alij elenam dicunt. Itali Innule campanie. Ad vesice dolorem herba Innula campana, apij semen et sparagi et feniculi in vnum contere et tepida pone et potui dabis efficaciter dolorem vesice et dencium tollit. Item herbam ennulam ieiunus comedat dentes confirmat. Ad dencium dolorem herba ennula cum vino contrita mirifice dum biberit necat lumbricos et foras expellit. De Cinoglossa nomen

Cinoglossa a grecis dicitur. alij frigia. alij eminion alij splenion alij caballion alij acolumbos alij elipirgis, egiptij cenis dicunt. Dati vsazila alij sublibium alij lingwa macedonia. Itali lingua canis vocant. Ad morsum serpentis herba lingua canis contrita cum vino et sumpta veneno resistit. Ad auriu vtilitatem et quominus audit herbe cinoglosse succo cum passo et oleo tepefacto auribus stillato mirifice sanabit. De Saxifraga

Saxifraga alij vocant scolopendria. alij scolimos. alij brucos. Egiptij pepere vocant. Itali saxifraga dicunt. Alij vitis canis alij proco alij lampago vocant. Nascitur in montibus locis saxosis. Ad calculosos herbam saxifragam contritam cum vino bibendam dabis, febricitanti cum aqua calida, tam presentem effectum exhibet. Nos ipsi experti sumus ita ut eodem die perfectis eiectisque calculis ad sanitatem perduxit. De Edera nigra

Edera nigra a grecis dicitur. cisommelas. Galli bulbus cerron. Dati arpropria. Itali vocant edera nigra. Ad calculosos herbe edere baccis septem aut vndecim contritis et cum aqua sumptis mirifice calculos foras pellit. Ad splenis dolorem herbe edere cum oleo rosaceo succus mixtus cum vino temperatus mirifice facit. Ad spalangionis morsum herbe edere grana dabis die prima viij, deinde viiij, xv, xvij, xviiij, xxi, conteres in vino dabis bibere. diurnis diebus si febricitat in aqua calida dabis auxilio maximo erit, hoc facies luna xv. Item ad vlcerum remedia herbe edere radicis succos dabis bibere. spalangionis morsui resistit. Ad nares